

MENSE OCTOBRI.

Petrus ex vindicta Paulum vulneravit vulnere lethali, sed sanabili. Mox Petrus poenitens medicum peritissimum Sempronium arcessit et illi mandat ut sese consultorem adjungat Caio medico indocto et ebrioso quem Paulus jam arcessivit ad curandum vulnus. Sempronius autem, ex odio erga Paulum, Caium negligentem et ebrium corrigere neglexit, et Paulus mortuus est.

Titius sacerdos audit successivè confessionem Petri, Sempronii et Caii, et nunc anxius querit *ad quid quisque eorum teneatur?*

---

Sempronius parochus in sua sacristia nullam invenit tabellam missarum fundarum et scit prædecessorem suum putasse nullas esse tales missas in ecclesia; ipse autem discooperit plures fuisse fundatas. *Quid agendum?*